

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qua Distincte Et Succincte Explicantur,  
quae ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Commentarius In Regulas Juris Pontificii, Quæ In Libro Quinto, Et  
Sexto Decretalium Continentur

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Benevolo Lectori.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61853](#)

DE  
REGVLIS IVRIS  
PONTIFICII IN VI.  
DECRETALIVM.  
BENEVOLO LECTORI.

**Q**uod usuvenire solet ex angustâ, & incultâ valle in cam-  
pum latè patentem, omnig, frugum genere vernantem  
egressis, ut frontem porrigant, sibig, ipsis de tantâ uber-  
tate gratulentur, id experiri quilibet sacri Iuris cupi-  
dus potest, cùm Libri V I. Regulas intuens cum illis qua  
V terminant, composuerit. Enimvero quia titulorum  
penè omnium in illis contractâ vis, & Facultas est, Sacrarum Legum  
quasi medullam, & iudiciorum cynosuram exhibent. Illis tueri ius suum  
quasi firmissimo præsidio quilibet potest. Illarum velut acutissimis telis  
configere hostem, à finibus arcere, & depellere licet. Per illas doli, frau-  
des, & cuniculi litigantium deteguntur: ambigua & intricata expediun-  
tur: ius, ratio & conscientia protegitur. Nullum denique intentione  
suâ, qua quidem rationi, & equitati conformis sit excidere sinunt.  
Ut meritò omne studium, & ingenium ad percipiendam & eruendam  
illarum veritatem conferre opera sit pretium. Etenim, ut sapientissimus  
Imperator dixit §. His igitur. Instit. de just. & jure. multitudine,  
ac varietate rerum rudis adhuc, & infirmus animus oneratur,  
brevi ac simplici viâ (per gnomas, & Regulas)  
ad veritatem perducitur.

D 2

RE.